



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilman

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

Cap. I. De Tyberij II. Imp. liberalitate in pauperes, & quomodo Deus hanc
eius liberalitatem etiam in hac vita mirabiliter rec[om]pensauerit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

**COLLATIONVM
SACRARVM LI
BER SEXTVS.**

**DE VIRTVTE LIBERA
LITATIS, HOSPITALITATIS
& beneficētiæ in pauperes, & quomodo De
sæpenumero etiam in hac vita maximis
præmijs & beneficijs afficerit illos,
qui his virtutibus præcel-
luerunt.**

*Gregorius Turonensis. lib. 5. cap. 19. hist. Francorum
tropius lib. 17. rerum Romanarum. De Tyberij. 2. Impe-
ratoris liberalitate in pauperes, & quomodo De
hanc eius liberalitatem etiam in hac vita maximis
ter recompensauerit.*

CAP. PRIMVM.

SANCTVM Iustinus Imperator amissus
sensu amens effectus esset, & per
solam Sophiam Augustam eius
imperium regeretur, Tyberium
Cæsarem elegerunt, ytilem, strenuum, aequi-
pientem, eleemosynarium, inopumque opere
mum defensorem. Qui cum multa de thesau-
ris quos Iustinus aggregauit, pauperibus ex-
garet, & Augusta cum frequentius incipa-
ceret, quod Rem publicam redigisset in paupertatem
dicebat.

dinterque, quod ego multis annis congre-
gau, ut infra paucum tempus prodigè disper-
gaiebat ille, non deerit fisco nostro, tantum
pauperes eleemosynam accipiant, aut capti-
viedimantur. Hic est enim magnus thesau-
rus dicente Domino, Thesaurizate vobis the-
sauros in cælo, rbi neque ærugo, neque tinea
corrumpt, & vbi fures non effodiunt, nec fu-
natur. Ergo de quo Deus dedit, congregemus
per pauperes in cælo, vt Dominus nobis auge-
re dignetur in sœculo. Et quia, vt diximus, ma-
gnus & verus Christianus erat, dum hilari di-
tributione pauperibus opem præstat, magis
ac magis ei Dominus subministrat. Nam de-
ambulans per palatium, vidit in pavimento
domis tabulam marmoream, in qua (vide I.
vñcam, c. nemini licere signum saluatoris
Christi humi vel in silice, vel in marmore, aut
insculpere, aut pingere) crux dominica erat
sculpa, & ait: Crucetua Domine frontem no-
stram unimus & pectora, & ecce crucem sub-
pedibus conculcamus. Et dicto citius, iussit
tam auferri, defossaque tabula atque erecta,
inueniunt subter & aliam hoc signum haben-
t. Nunciantesque iussit & illam auferre.
Qua amota, reperiū & tertiam: iussuque eius
& hac auferitur. Qua ablata inueniunt magnū
thesaurum habentem supra mille auri cente-
mina. Sublatumque aurum, pauperibus adhuc
abundantius vt consueverat, subministrabat,

Dd 7 nec

640 COLLATION. SACRARI.

nec ei Dominus aliquid deficere permittat
pro bona voluntate sua. Quid ei Dominus
posterum transmiserit, non omittam. Natus
ille dux Italiam, cum in quadam ciuitate domum
magnam haberet, in Italiam cum multis
fauris egressus, ad supra memoratam venit
aduenit: ibi in domo sua occulte cisternam
magnam fodit, in qua multa millia centu-
riorum auri argentiisque repositi. ibique
fectis conscijs, vni tantummodo sene-
ramentum condita commedavit, deinde
que Narsete, haec sub terra latebant. Cum
supra dictis senex huius eleemosynas
cerneret, pergit ad eum dicens. Si, inquit, mihi
aliquid prodest, magnam rem tibi Calixtum
eam. Cui ille: Dic, ait, quod volueris. Proder
enim tibi, si quiddam nobis profutum est
narraueris. Thesaurum, inquit, Narsete
conditum habeo, quod in extremo vita per-
tus celare non possum. Tunc Caesar Tyberius
gauisus, mittit usque ad locum portos suos.
Præcedente vero sene, hi sequuntur arcanum
Peruenientesque ad cisternam, decoperantur
grediuntur. In qua tantum aurum argen-
tumque reperiunt, ut per multos dies vix emer-
etur à deportantibus. Ex hoc ille amplius
lati erogatione dispensauit egenis.

Hugo Erberianus (qui claruit anno 1560. 1577. 1588.)
in lib. de regressu animalium ab inferno cap.
p. 104. Moses Erberianus in Prato spiritalis cap.

19. Ioan-
soph, qui
pro aur-
um p. 104.

A Pu-
nia sua
mine: q
Epitop
phorum.
Corrigit
che Ale-
scopus a
cupiens
bar. Epis
Epitopu
cum ne
po petr
nia mihi
mundu
ri, mer
alleste
scenaria
pro ani
nis paup
Quae on
dicitur &
confitam
ur esse i